



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

40 Matrimonium contrahentes sine parocho, sed tantummodo testibus  
praesentibus, graviter sunt puniendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

*matr. sif 2.4.* Aliter autem quam parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus praesentibus matrimonium contrahere<sup>41</sup> attenantibus, ad contrahendum omnino inhabiles redduntur, contractusque sunt irriti, & nulli, *ut in dicto cap. §. qui alter.*

*39.* Verba enim prefatae sunt intelligenda etiam de parocho adhuc ad sacerdotium non promoto, nempe, quia adhuc non fuerit elapsus annus, qui conceditur sibi a jure ad faciendum se ad illud promoveri: *juxta cap. licet, de elect. in 6.* prout in dicta congregatione fuit resolutum, & Clemens VIII. approbavit, *ut ibidem super eodem cap. 1. fuit decisum in §. qui alter.* Neque pertinet ad substantiam matrimonij, ut parochus aliqua verba proferat; ideoque valet matrimonium, quamvis verba exprimentia consensum prolata sint tantum a contrahentibus, dummodo parochus adhibitus a contrahentibus sit praesens, & intelligat id, quod agitur, licet dissentiat, & contradicat: nam praesentia parochi sufficiat ab illo que ipsius parochi verbis: *dicta congreg. ibidem super eod cap. non pertinet, & §. Provincia ritum.* ideoque parochus est necessarius in celebratione matrimonij, ut licet denunciations fuerint factae, ac secuta copula, nihilominus matrimonium non tenet, si praesens non fuerit. Quod si contrahentes sint diversarum parochiarum, sufficit, ut sit parochus, sive viri, sive mulieris, *ut ibidem super eodem cap. 1. sub titulo Civitatis Castelli, & Brundusini.*

*50.* Contrahentes tamen non praesente parocho, sed solis testibus, sunt graviter puniendi, & proles exinde suscepta illegitima est, nisi

denuo legitimè contraxerint, *ut in declar. ibid. sub tit. Tergest. Aquilan. & Viterbieni.* Contractum tamen etiam cum praesentia parochi, & testium matrimonium ab impuberibus, etiam servata hac forma, non valet, hac nempe ratione, quia, cum essent impuberis, licet servaverint formam hic prescriptam, nihilominus matrimonium non tenuit, cum essent incapaces, & facti postea puberes tenebuntur iterum hanc formam servare, *ut ibidem super eo. c. 1. in declarat sub titulo Meliten.* & §. matrimonium contractum.

Matrimonium autem, sine proprio parocho tamen contractum adeo est irritum, ut sustineri non possit, concil. Tridentino cap. 1. §. qui alter. & decretum irritans ibi appositum annullat illud ipso jure, c. si eo tempore, de elect. in 6. cum aliis supra allegatis.

Neque tamen tenet matrimonium contractum coram clero deputato a parocho, *ut tit. Venetiarum idem super eod. cap. 1.* est tamen validum illud matrimonium, quod celebratum fuit ab alio de consensu Episcopi tamquam a proprio parocho, etiam quod Episcopus crederet, esse vocatum proprium Parochum, *ut ibidem sub tit. Amerin.* item, & de consensu vicarij, *ut ibidem super dicto cap. 1. sub tit. Cremonen.* & §. seu ordinarij, quemadmodum tamen valet contractum coram presbytero, quise parochum putabat ex causa vicinitatis, aut alia verisimili, etiam si non fuerint factae denunciations in propria parochia, *ut tit. Patavin.* & contractum coram coadjutore, seu sacerdote deputato a coadjutore Vicarij constitutj, ab eo, qui habet curam animarum, *ut ibidem sub tit. Dromoren.* & §. vicarij etiam, & §. matrimonium